



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Nobili Viro Dvci Zaringiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

De negotio imperij.

715

prænominato Regi nepoti tuo, debet illorum
judicari. Nos igitur & tu saluti & tua utilitati
paterna volentes sollicitudine providere, quia
secundum Prophetam debemus disolvere colliga-
tiones impietatis & fasciculos deprimentes,
juramentum hujusmodi, quantum ad hunc spe-
cet articulum, tam à te quam ab iis qui pro-
te taliter raverunt decernimus non servan-
dum, serenitatem tuam per apostolica scripta man-
dantes quatenus eo penitus nonobstante debi-
tum illi subsidium & favorem impendas.

LITTERÆ QUORUNDAM Principum saevantium parti Philippi.

Epist. 61.

Sanctissimo Patri ac Domino Innocentio sacrofæcta
Romanae sedis summo & universalii Pontifici, Dei
gratia Magdeburgensis, Bremer Archiepiscopi, Vvar-
matis, Patavicensis, Ratiponensis, Constantiensis,
Augustensis, Ekstadiensis, Havelbergenis, Brandenburgensis,
Mitsensis, Nuemburgensis Episcopi, Babenber-
genis electus, Fuldensis, Herseveldensis, Campidonensis
Abbes, Rex Boemiae, Dux Zaringiae & rector Bur-
gundie, Dux Saxonie, Dux Austriae & Stiriae, Dux Me-
ranie, Turingie Langavius, Marchio Moraviae orientalis,
Misenis, Brandenburgensis Marchiones, de Orla-
mund, de Summersenberch, de Bremen, de Vytin Comites,
fatuem & debitam in Christo reverentiam. Extima-
re non valet ratio, nec rudi simplicitas hoc potest cre-
dere, ut inde juris cuiusque surget turbatio ubi iuri fo-
liditas permaneat hæc invulnus. Quis tam duri-
eriam tamque perversi sensu extimet ut inde emanet su-
perficiu ab quiete debet sanctitas? Divina enim or-
dinazione, non humano iudicio, piè & salubriter est pro-
vismum ut in urbe Romana, ubi olim erat caput superfi-
citionis, illie quiete caput sanctitatis; & suppliciter
omnibus est orandum ut ad extrematum non retrahatur
principium, ne omega dicatur revolasse ad alpha. Non
ergo faciofæcta Romanae sedis sanctitas & cuncta pie-
fovens paternitas hoc sentire ullo modo nos permittit, ea
qui juri diffona & honestate contraria à Domino
Prænestino vestrae sanctitatis, ut ipse afferit, Legato in Ro-
manorum Regis electione sunt indecenter nimium per-
petrata, ut de vestra misera prædicitio prodierint conscientia-
ne, nec sanctissimam sancti Cardinalium credimus
huc convenientiam accesseisse. Quis enim huic similem
audivit audacter? Quis vero accedere potest testis fore
hæcens sic præsumptum, eum nec hoc refutare fabula,
nec affirmit res gesta, nec cuiusquam hoc codicis affer-
ret series? Vbinam legiis, & summi Pontificis, ubi au-
ditis, sancti patres, totus Ecclesiæ Cardinals, antecel-
latores vestros vel eorum missus Romanorum Regum se
electionibus immisericite, sic ut vel electorum personam gererent,
vel ut cognitores electionis vires trutinarent?
Respondendi instantiam vos credimus non habere. In
Romanorum enim electione Pontificum non erat impe-
riali diademati referatum, ut eam Romanorum Imper-
atorum auctoritate non accommodata viliaciter fieri non
liceret. Imperialis vero munificencia, que culum Dei
semper ampliare studuit, & ejus Ecclesiæ privilegio-
rum [specialium] decorare curavit, hunc honoris titulum
Dei Ecclesiæ reverenter remisit, quod constituto primi
Henrici evidenter explanat, cuius series haec est: Ve-
nientibus missis nostrorum cuiuscunque impeditione argu-
mentum in electione Romani Pontificis componeant audent omni-
nino prohibemus. Si laicis simplicitas bonum quod de ju-
re habuit reverenter contempnit, sanctitas pontificalis ad
bonum quod nunquam habuit quomodo manus ponit? Sed cum vestre sanctæ curia tamquam piæ matris nos tan-
get opprobriu, cum ad Romani imperij sumus acripti
titulum, ejus injuriam cogimur non tacere. Vobis ergo
supraescipitorum Princeps cum dolore aperit universitas
quod Prænestinus Episcopus in Romanorum Regis elec-
tionis contra omnem ius ordinem se ingessit, nec vide-
te possumus cuius personam inculpabiliter legerat. Ge-
rit enim vel personam electoris, vel personam cognitoris.
Si electoris, quomodo quælibet opportunitatem qua-
litatis arbitris absentibus mendacio veritatem & criminis
virtutem mutaret? Quomodo enim ea pars Principum

quam numerus ampliat, quam dignitas effert, insulte
nimium est contemptu? Et si cognitoris, hanc gestare non
potuit. Romanorum enim Regis electio, si in se seissa
fuerit, non est superiior iudex cuius ipsa sententia integra-
nda, sed eligentium voluntate spontanea confusa. Mediatores enim Dei & hominum homo Christus Iesus;
actibus propriis & dignitatibus distinctis, officia potestatis
utriusque discrevit: ut & Deo militans, minime se
negotio implicare secularibus, ac vicissim non ille re-
bus divinis praedilecti videretur qui esset negotio seculari-
bus implicatus. Sed si vos judicem confidemini, factum
hoc excusationem habere non potest. Vestrum enim in
vos possumus exercere gladium; quia absente alia parte,
sententia à iudice dicta nullam habeat firmitatem. Quid
ergo prædicti Prænestini sententia in Ottone firmare po-
tuit, cum nihil ante in eo factum sit? Nam quid erit
aut quas vites habere potest quod ab iis fit quod tenet
compestit numerus, quos minor comittant auctoritas,
quod pars alterius reddit absentia vitiosum? Contra
cum ergo qui talia operatur est minus decentia veller se
rigor exerceat, sit in eum tamen pie saviens disciplina.
Vobis enim, Pater sanctissime, intulare decrevimus quia
electionis nostra vota in seruissimum Dominum no-
strum Philippum Romanorum Regem & semper Augu-
stum una voce, uno consensu contulimus, hoc sponden-
tes, hoc firmiter promittentes, quod à vestra & Roma-
nae sedis obedientia non recederet, & cum Deo & vobis sua
devotione reddet acceptum, & filialis cum timor induceret,
& defensoris eum strenuus commendabat. Vnde petimus
ut veniente tempore & loco, sicut veltri officij est, unc-
tuationis ipsi beneficium non negetis.

Cap. Alfonso. 3a
q. 9. Vide Innoc.
3. lib. 1. epist. 121.

NOBILI VIRO DVCI ZARINGIAE.

Venerabilem fratrem nostrum Salzburgen-
sem Archiepiscopum & dilectum filium
Abbatem de Salem & nobilem virum Marchio-
nem orientalem quorundam Principum nuntios
ad sedem apostolicam destinatos benignè re-
cepimus, & eis benevolam duximus audi-
tiam indulgendam. Litteras quoque quas per
eos quidam nobiles Principes destinarunt diligenter
perlegi fecimus, & quæ contingebantur in
eis notavimus univerla. Inter cetera vero quæ
dicti Principes per easdem nobis litteras intu-
runt hac præcipue objectione sunt usi, dicen-
tes quod venerabilis frater noster Prænestinus
Episcopus apostolicæ sedis Legatus aut electo-
ris gesit aut cognitoris personam; si electoris,
in alienam messem miserat falcam suam, & elec-
tione se ingerens, Princeps derogaverat dig-
nitati; si cognitoris, absente altera partium videtur
perpetrat processisse, cum citata non fuerit,
& ideo non debuerit contumax judicari.
Verum nos, qui secundum apostolicæ servitutis
officium sumus singulis in justitia debitores, si-
cut justitiam nostram ab aliis nolumus usurpari,
sic jus Princeps nobis nolumus vindicare. Vnde
illis Principibus jus & potestatem eligendi
Regem, in Imperatorem postmodum promovendum,
recognoscimus ut debemus ad quos de
jure ac antiqua consuetudine noscitur pertinere;
præfertum cum ad eos jus & potestas hujusmodi
ab apostolica sede pervenerit, quæ Romanum
imperium in persona magnifici Karoli à Græcis
transtulit in Germanos. Sed & Principes recog-
noscere debent, & utique recognoscunt, quod
jus & auctoritas examinandi personam electam
in Regem & promovendam in imperium ad nos
spectat, qui eam inungimus, consecramus, &
coronamus. Est enim regulariter & generaliter
observatum, ut ad eum examinatio personæ per-
tineat ad quem impositio manus spectat. Num-
Y Y y

Epist. 62.
Cap. Venerabi-
lem. De elect.

*Rinaldi. conser-
viam

Vide lib. 3. Mi-
tellaneor. nostror.
pag. 450. & sequi-

Apud Baron. ad
an. 1014. 5. 7.

Tom. I.

quid enim si Principes, non solum in discordia, sed etiam in concordia sacrilegum quemcumque vel excommunicatum in Regem, tyrannum vel factum, haereticum eligerent aut paganum, nos inungere, consecrare, ac coronare hominem hujusmodi deberemus? Absit omnino. Objectio ergo Principum respondentes afferimus quod Legatus noster Episcopus Prenestinus nec electoris gessit personam, juxta quod nobis per literas suas quidam Principum opponebant, ut pote qui nec fecit aliquem eligi nec elegit, & sic electione nequaquam se ingessit; nec cognitoris personam exhibuit, cum neutrius electionem, quoad factum eligentium, confirmandan duxerit aut etiam infirmandam; & sic jus sibi Principum nullatenus usurpavit, aut venit contra illud. Exercuit autem denuntiatoris officium; quia personam Ducis ejusdem denuntiavit indignam, & personam Regis ipsius denuntiavit idoneam quoad imperium obtinendum, non tam propter studia eligentium quam propter merita electorum; quamvis plures ex illis qui eligendi Regem in Imperatorem promovendum de jure ac consuetudine obtinunt potestatem confessisse perhibeantur in ipsum Regem Ottinem, & ex eo quod fautori Philippi absentiis aliis & contemptis ipsum eligere presumserunt, patet eos perperam processisse; cum explorati sit juris quod electioni plus contempnus unius quam contradicatio multorum obseruat. Vnde quia privilegium meruerunt amittere qui permisla sibi abuhi sunt potestate, videri non immerito potest quod injuria hujusmodi nonobstante, ceteri uti potuerint jure suo. Et quoniam Dux predictus nec ubi debuit nec a quo debuit coronam & unctionem accepit, memoratus vero Rex & ubi debuit, videlicet Aquiligrani, & a quo debuit, scilicet a venerabili fratre nostro Coloniensi Archiepiscopo, recepit utrumque, nos utique non Philippum, sed Ottinem reputamus & nominamus Regem, iustitia exigente. In reprobatione vero prefati Philippi Ducis Sueviae, propter manifesta impedimenta personae, non accusatione sed condemnatione potius fuit opus, quia non accusatione sed condemnatione indigent manifesta. Quod autem, cum in electione vota Principum dividuntur, post admonitionem & expectationem alteri partium favere possimus, maximè postquam a nobis unicò, consecratio, & coronatio postulantur, sicut utraque pars a nobis multoties postulavit, ex jure pater pariter & exemplo. Numquid enim si Principes admoniti & expectati vel non poterint vel noluerint convenire, apostolica sedes advocato & defensore caret, cumque culpa ipsi redundabit in paenam? Sciant autem Principes, & tua nobilitas non ignorat quod cum Lotharius & Conrado in discordia fuissent electi, Romanus Pontifex Lotharium coronavit, & imperium obtinuit coronatus, eodem Conrado tunc denum ad ejus gratiam reueunte. Nos ergo per nuntios Principum memoratos eos diximus commonendos ut sicut nos a juris ipsorum cessamus injuria, sicut ipsi contra jus nostrum se nequaquam injuriosos ostendant, sed a prefato Duce justo quidem a nobis iudicio reprobato recedant, & prefato Regi Ot-

toni non abnuant adhaerere; nisi tunc denum contra personam vel factum legitimum quid ab eis objectum fuerit & ostensum. Sunt enim notoria impedimenta Ducis Sueviae, scilicet excommunicatio publica, perjurium manifestum, & persecutio divulgata, quam progenitores ejus & ipse presumserunt in apostolicam sedem & alias Ecclesias exercere. Fuit enim à bonæ memoria Celestino Papa predecessore nostro propter invasionem & devastationem patrimonii beati Petri, commonitione saepe praemissa, publicè ac solemniter excommunicatione vinculo inmodatus, cum in Tuscia moraretur. quod ipse postmodum recognovit, dum per nuntium suum ab ipso predecessorre nostro absolutionis beneficium postulavit, & postmodum a tunc Sutriano Episcopo, quem cum Abate sancti Anastasij pro liberatione venerabilis fratris nostri Salernitanii Archiepiscopi nos in Theutoniam miseramus, contra formam mandati nostri de facto solummodo, quia de jure non potuit, post suam electionem apud Vvarmatiam occulte se fecit absolvi. Unde pater quod fuerit excommunicatus electus &c. ut supra in eundem modum quo scriptum est Principibus Alamannia usque sua temeritate venire. Vtrum vero dictum juramentum licitum fuerit an illicitum, & ideo servandum an non servandum extiterit, nemo sana mentis ignorat ad nostrum judicium pertinere. Quod autem Philippus de genere persecutorum existat, Principes non credimus dubitare, cum Henricus &c. in eundem serè modum ut superius dictum est usque vivos in mare subinergi, ad tuam & aliorum Principum credimus audientiam pervenisse. Insuper, si supradictus Dux, quod abit, imperium obtaineret, libertas Principum in electione periret, & imperij obtinendi de cetero ceteris fiducia tolleretur. Nam si prout olim Fredericus Conrado & Henricus postmodum Frederico, sic nunc vel Fredericus Philippo vel Philippus Henrico succederet, videtur imperium non ex electione sed ex successione deberi. Præterea cum multi Principes ex imperio æquè sint nobiles & potentes, in eorum præjudicium redundaret si non nisi de domo Ducum Sueviae videretur aliquis ad imperium assumentus. Cum ergo nos sicut a nostro proposito nulla penitus occasione possimus, sed in eo potius firmissimè persistamus, & tu nobis saepe per litteras tuas duxeris suggerendum ut eidem Duci nullatenus faveremus, nobilitatem tuam monemus & exhortamur in Domino & per apostolica scripta mandamus quantum, sicut de gratia nostra confidis, & nos de tua devotione speramus, de cetero a prefato Duce Philippo recedas omnino, nonobstante juramento si quod ei ratione regni fecisti, cum eo quantum ad obtinendum imperium reprobato, juramentum hujusmodi non debeat observari. Prædicto vero Regi Ottoni, quem nos concedente Domino ad coronam imperij disponimus evocare, patenter adhaeras & potenter; ut cum ei ad commonitionem nostram adhaeris, inter primos gratiam & benevoliam ejus obtinere præcipue merearis. ad quod nos pro tua nobilitatis amore dabitur operam efficacem. Datuin Laterani.

Vide supra
epist. 21.